

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Luciani dialogi

ALIQVOT, PER DESI. ERAS-
mum uersi, ac à Nicolao Buscoducensi sue-
cinctis partier & eruditis Scholijs ex-
planati, recens per eundem dili-
genter recogniti.

Mutua defensio tutissima.



ANTVERPIÆ.

Excudebat Ioannes ueruuthagen, typographus
iuratus, & à Cæs. Maieſt. admiſſus.

Anno. 1550.

*ſert. huiusmodi clauum cæcus: ſic ſorte negatâ
hic oculos illi conuocat, ille pedes.*

HADRIANI BARLANDI IN

persona Luāni, Distichon.

Græda me genuit, nuper facundus Erasmus
Transtulit in Latium, munere plaude puer.

¶ Lenini Linij Hendecasyllabum, ad
puerum emptorem.

Quid queris puer? Atticum salinum?

Hoc paruo dabit ære Luānus.

Quid? sandi Latios petis lepores?

Hos paruo dabit ære Ludanus.

¶ Cornelij Graphci ad scholasticos ty-
runalos Iambi. dimet.

Heus optimi tyrunculi,

Vultis iocis iucundulis,

Et lusibus satiarier?

Huic Luciano assuescite,

Ipsæ & nuæ, ipse & trochos,

Ipsæ & meros lusur habet.

George [unclear]
[unclear] [unclear] [unclear]

התאריך: 10.10.2019

**Hinnuf
leonen.**

¶ *Hinnulus leonem, subaudi cepit, vicit, prouocat, aut si-
militudine aliquid. Hoc adagio pulchre utimur, quum fortiorem
superari à debiliore, aut indoctum certare cum doctissimo
significare voluerimus, vt in prouerbijs, Chiliade. i. docet D.
Erasmus, græce latineq; iuxta doctissi. Est autem hinnulus
teste Valla, ceruorum, capreolorum, damarum, leporum, si-
miliumq; animalium filius. Rogas, id est, interrogas: nam
rogare pro interrogare vsitatum est. Inde rogatio & rogati-
uncula, interrogatiuncula. Præter animi sententiam, id
est contra voluntatem et desiderium: nam præter interdum
pro contra capitur, & sententia voluntatem, animiq; arbi-
trium aliquando significat, & idem est ex animi sententia,
& ex sententia, sine genitiuo animi. Astu, id est, astutia &
calliditate. Terentius in Eunuchis: Quod si astu rem tra-
ctauit. Inseruiens, id est, obsequens, & quasi seruientis offi-
cium præstans. Nam seruire proprie est seruorum, inseruire
amicorum. Scitum, id est, vastrum & egregie bellum. Con-
sultumq;, id est, sapientiæ plenum. Insolidum, integre, &
omnium bonorum meorum hæredem. Hamus, instrumen-
tum quo pisces capiuntur, vno in esca latente, à quo pesca-
tores hamioz nominantur. Itaque technam istam, &c. Ada-
gium est, quo vtendum erit cum dolus in alterum excogita-
tus in caput amoris redit. Et τῆς ψυχῆς dicitur à nostris ars seu
fallacia. Terentius: Parmenonis tam scio esse hanc technam,
quam me viuere. In tuum caput. i. in exitium, & tuam ipsius
perniciem repperisti.*

Hamus Techna

Hor Dialogo perniciem repperisti.
*Domine, ut vides, non desit et magni temporis, & multae sumptuum
 sumptuum, & ingratum quod potius vult esse, modis omnibus velle
 vult. Quia si videret Zenophanta & Callidem Dialogos.*
videtur esse curantem sepe, magnam voluptatem, & multum sed
ZENOPHANTES

ZENOPHANTÉS.

At tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quemadmodum Duxia parasitus quum essem immodica ingurgitatione presocatus, fuerim nosti: aderam enim morienti. CALLIDE, Aderam Zenophantes. Porro parasitici + *profero, mibi*

DIALOGI ALIQVOT.

3

mibi nouum quiddam atque inopinatum accidit. Nam tibi

quoque notus est Pteodorus ille senex. ZENO. Orbis illum

CALLIDE. illum ipsum semper captabam, colebamq;

id mihi pollicans fore, ut meo bono quamprimum morere-

tur. Verum, quam ea res in longum proferretur, sene

delict uel ultra Tithonios annos uiuente, compendiarium

quandam exoptavi uiam, qua ad hereditatem peruenis-

rem. Siquidem empto ueneno, pballatori persuaseram ut si-

mul atque Pteodorus potum posaret (bibebat autem pro-

lixius) presentius in calicem iniiceret, haberetq; in promptu

porrecturus illi. Quod si fecisset, iureiurando confirmat-

bam, me illum manumissurum. ZENOPHAN. Quid igitur

tur accidit: nam inopinatum quiddam narraturus mihi uide-

ris. CALLIDE. Vbi iam loci uenissemus, puer duobus pa-

rat is poculis, altero Pteodoro cui uenenum erat additum, al-

tero mihi: nescio quomodo errans, mihi uenenum, Pteodo-

ro porrexit innoxium. Mox ille quidem bibit, at ego pro-

nus humi porrectum stratus sum, supposititium uidelicet

illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophanta? At qui no-

nuenit amici malis illudcre? ZENOPH. Rideo profe-

cto, nam eleganter ac lepide tibi hac res euenit. Porro senex

ille, quid interim? CALLIDE. Primum ad casum subitum

A;

atque

LUCIANI.

atque inexpectatū sanē conturbatus est. Deinde simulatq;
intellexit id quod acciderat, puta pocillatoris errore fa-
ctam. ^{ipse} ipse. ZENO. Recte sanē. Tametsi non opor-
tuit ad cōpendiū illud diuertere, siquidem uenisset tibi po-
pulari uulgataq; uita tutius certiusq; etiam si paulo serius.

At

Parasitus
Orbus

Tithonus

Compen-
diarius,

Pocilla-
tor.
Promptu

Manus
mittere.

¶ At, inceptiua est particula ad ornatum pertinens. Naso
in Tristibus ita exorsus est epistolam: At mea sint proprio
quamuis mœstissima casu Pectora, pro sensu facta serena tuo.
Parasitus dicitur, qui aliorum mensas sequitur, homo cibo
ventriq; deditus, cuius gratia nihil non patitur & facit. Or-
bus dicitur quicumque re aliqua cara priuatus est, & proprie
parens amissis liberis, filius etiam priuatus parentibus orbus
dicitur. Captabam ipsum, id est, blanditijs eius hæredita-
tem venabar & appetebam. Tithonus Laomedontis filius,
& Priami frater, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua
filium Memnonem genuit, cumq; longissimam optasset vi-
tam & obtinuisset, postea in cicadam versus est. Inde Thi-
tonios annos, pro longauiuacitate pulchre vsurpamus. Com-
pendiariam viam, id est, breuem & expeditam, Cicero in se-
cundo officiorum. Socrates hanc viam ad gloriam proximā,
& quasi compendiariam esse dicebat. Compendium, breui-
tas, seu breuis via. Pocillator, vocabulo perq; eleganti dicitur
poculorum ministrator siue pincerna. Prasens venenum, po-
tens, efficax, quod statim operatur. In promptu. Promptu
tantum in ablatiuo legitur. Habere in promptu, id est, habe-
re paratum. Sed promptus, id est, idem est quod ad agendū
paratus. Manus mittere, id est, libertatem donare: dominus
enim dum seruum manumitteret, capiti eius manum impo-
nebat, ipsumq; vertebat dicens: Esto liber. Persius: Heu steri-
les veri quibus vna quiritem vertigo facit. Porrectim aduer-
bium, utq; hestrect.

Menippi & Tantalī Dialogus.

MENIPPVS.

Quid tuas o Tantalē, aut quid tuam deploras
fortunam stagno emunctis? TANTALVS. Quo
niam

Lignum propter quod flumini non fluitat & stagno non
Lignum propter quod flumini non fluitat & stagno non
Q in int deinde cum sua facta ~~est~~ M

 **Q**uoniamque dicitur quod propter opinionem
hominum se purgaret de omni impio
et amodo dicitur
minutis et per se apparet profecto
et hoc pro translatione pro exaltatione per se ipsum est
penitus. Cuius in Vtraque parte se est considerat tunc
et tunc propter se quod ad rectum per immutatum
se transire. Vultus dicitur quod exaltatione est. Et
quod si corporum immutatum ad rectum movetur dicitur
quod diffinitio movetur. Vbi patet quod non
habetur exaltationem ad rectum ad rectum. Et per
interior ad rectum. Quod a se ipsum per immutatum
non per diffinitio ad rectum per se ipsum
et hoc translationem ad rectum de se ipsum
et inter se dicitur ad rectum. Et hoc per se ipsum
Quod aqua in aquis et per se ipsum raptat
Hoc illi gaudentia lingua dicitur. Et hoc

Atque
sue ma
magis
istuc i
at Nat
pulum
sue qu
supple
stiat. I
doquid
poterit
At equ
qual. N

niam sitit ^{et non potest} Menippe. **MENIPPVS.** Vique adeo pi-
 ger es atq; iners, ut in non uel pronus inambens bibere no-
 ris, uel caua uola hauriens? **TANTALVS.** Nihil profe-
 cero, si procumbam. Refugit enim aqua, simulatq; me pro-
 pius aduoueri senserit. Quod si quando hausero, origi-
 ner coner applicare, prius effluxit, quam summa rigem labiat.
 Atque inter digitos effluens aqua haud scio quomodo rix-
 sus manum meam aridam relinquit. **MENIPPVS.** Pro-
 digiosum quiddam de te narras Tantale. Verum dic mihi
 istuc ipsum quorsum opus est bibere, quum corpore are-
 as? Nam illud quod esurire poterat, aut sitire, in Lydia se-
 pultum est. Ceterum tu cum sis animus, qui nam posthac aut
 sitire queas, aut bibere? **TANTALVS.** Atqui hoc ipsum
 supplicij genus est, ut anima perinde quasi corpus sit, ita
 sitiat. **MENIPPVS.** Age, hoc ita habere credimus, quan-
 do quidem affirmas te sititire? At quid hinc acerbis
 poterit acedere? Num metuis ne potius inopia mori-
 at? At equidem haud uideo altros inferos, si quid hos relin-
 quat. Neq; locū alium in quem morte demigret quispiam.
TANTAL. Recte tu quidem dicis, uerum hoc ipsum sup-
 plicij genus est, sitire quum nihil sit opus. **ME.** Desipis Tan-
 tale, et uti uerum tibi fatar, non alio potu uideris egere,
 q̄ ueratro mero. Nam diuersum quiddā pateris, ijs quos ca-

nes rabiosi in me orderint, ut qui non aquam, quemadmo-
 dum illi, sed sitim horreas, TAN. Ne veratrum quidere ca-
 sarim bibere Menippe, si liceat modo. MEN. Bono es ani-
 mo Tantalus, artum habens, nunquam fore, ut uel tu, uel re-
 liquorum manium quispian bibat. Neque enim fieri potest.
 Quamquam non omnibus quemadmodum tibi poena adiu-
 diata est ut sitiant, aqua illos non expectante.

Tantalus, & Tantalus, Iouis ex Plote nympha filius, & rex Phrygia
 fuit, qui etis Pelopen filium epulandum apposuit, ob quod
 facinus in infernum a Ioue detrusus hac poena afficitur, ut cu
 sit usque ad mentum in limpidissima aqua demersus, & su-
 pra nasum arbor redolentibus pomis dependeat, siti tamen &
 fame crucietur. Ouidius in Ibim: Poma pater Pelopis prae-
 sentia quaerit, & idem Semper eger liquidis, semper abun-
 dat aquis. Pronus, flexus in faciem, Vola, media pars manus,
 vel pedis concava. Simulatque vel simulac, id est statim, tum,
 postquam. Lydia, regio est minoris Asiae, Phrygiae, ab exor-
 tu vicina, Veratrum, herba est, quae alio nomine dicitur el-
 leborum, eiusque genera sunt duo, album & nigrum, & Pli-
 nio teste utrunque cum ad alia multa, tum ad melancholiam
 remedium est efficax. Vnde proverbio qui parum animo
 constat siue insanit, elleboro opus habere dicitur, & elle-
 borum bibere, siue elleboro se purgare iubetur. Diuersum
 quiddam, &c. De hoc plinius capite secundo, libro. xxv. In-
 sanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus pauorem
 aquae potusque omnis afferens odium. Manes, dicuntur ani-
 mae mortuorum, & dii inferi.

Pronus
 Vola
 Lydia
 Veratrum

Diuersum

Manes

Menippi ac Mercurij Dialogus. MER.

A Tabinam formosi illi sunt ac formosa Mercuri
 Dnaio me doctoq, utpote regens huc profectum
 hospitem. MER. Haud mihi licet per oculos Menippe, quin
 tu istuc

DIALOGI ALIQVOT

tu isthuc ipso è loco dextorsum oculos desleste. Illic &

Hiacynthus est, & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles,

& Tyro, Helena, & Leda, breuiter quicqd est ueteru for

marum. ME. Equidem prater ossa nihil uideo, aluariasq;

caribus denudatas, inter quæ omnia nihil sit omnino dis

criminis. MER. Atqui hæc sunt quæ poëta cuncti miran

tur ac celebrant, ossa saliet quæ tu uideris contemhere.

MENI. At Helenam saltem mihi commonstra. Nam ipse

quidem haud quædam dignoscere. MER. Hæc uidelicet Cal

uaria Helena est. MENI. Et huius saliet ossis gratia, mila

le naues ex uniuerfa Gracia, acto delectu sunt impletæ

tantaq; tumq; Graecorum, tum barbaroru multitudo consli

xit tot urbes sunt euerse. MERC. Ceterum Menippe nō

uidisti mulierem hanc uirgam, quam si uidisses, forsan dice

res tu quoque uitio dandum non esse pro tali muliere dū

tolerare labores. Alioqui si quis flores etiam arefactos ma

idosq; contempletur, posteaq; coloris decus abiecerint, de

formes nimiru uideantur. At ijdē, donec florent, coloremq;

obtinēt, sunt speciosissimi. MENIPPVS. Proinde illud i

demiror Megauri, si Græci non intellexerunt sese pro re

asque adeo momentanea, quæq; tam facile emarcesceret

elaborare. MERCVR. Haud mihi uacat tecum philoso

phari, quare delecto loco, ubicunque uelis prosterne temet

ipsum in antro conuincere de rebus ac rebus

peritendo. Sed ut dixerim, hanc uirgam

LUCIANI

ac recumte. Mihi iam aliæ sunt traducende umbræ.

- Recens** Recens, id est recenter, nomen pro adverbio. Vergilius: Sole recens orto: Hyacinthus puer fuit formosissimus ab Apolline adamatus, quem cum ille imprudens disco necasset, in florem rubrum vertit, qui etiam vocatur Hyacinthus.
- Narcissus** Narcissus, Cephisi fluminis ex Lyriope nymphea filius fuit admodum formosus, qui quum a multis nymphis amaretur, & omnes superbe contemneret, tandem cum se in fonte conspiciatus esset, sua ipsius forma captus contrahuit. & in florem purpureum mutatus est.
- Achilles** Achilles Pelei & Thetidis nympheæ filius, robore & forma præter ceteros Græcos insignis.
- Tyro** Tyro formosissima fuit nymphea Salmonei filia ab Enipeo Thessaliæ fluviio adamata, & à Neptuno compressa peperit Pelian & Neleum, teste Homero. II. Odissæ, & Luciano in Dialog. Deorum.
- Leda** Leda fuit Tyndari regis coniunx, cum qua Iuppiter in forma cygni concubuit, & illa duo oua protulit ex quorum vno nati sunt Pollux & Helena: ex altero Castor & Clytemnestra.
- Caluaria** Caluaria, caput mortui carne nudatum. Deligere, est magis idoneum ad rem agendam discernere, sed eligere refertur vel ad nostrum commodum, vel illius qui eligitur ad dignitatem, & dicimus ago delectum, & habeo delectum. Alioqui sine n litera scribendum esse præcipit Caper grammaticus diligentissimus, & significat interdum aliter, interdum præterea.

Menippi, Amphiloche, Trophonij disceptatio.

MENIPPVS.

Vos nimirum Trophonie atq; Amphiloche quum sitis mortui, tamen haud scio, quoniam modo phænibus estis donati, vatesq; credimini, ac stulti mortales deos esse vos arbitrantur. TRO. Quid? an nobis igitur impudendum, si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? MENIP. Atqui non ista fuissent opinati, ni vos, tum quum

dis
nignis
Emper
Ta pepi
Loco
oniam,
uo oua
ex alie
y carne
dam le
um, v
tum, &
præco
inter

quum
to pñu
re dñi

¶ Multi sunt a veteribus scripti, viri nobiles
et illustres, qui ingratum tunc opus, tunc
sanctum a se separatum iudicaverunt, quod pro
ad istos immortales transferunt, quod pro
vulgus ignominie subiungunt, ut postea
sunt in horum numerum traditur istis,
quales fuerunt gentes illi, et quibus
habebatur antiquitas, quos aliter videtur de
alio mortali progenies traditur. //

¶ Multi sunt viri alimant
et refrigerant, et benivolent

quum uiueretis, eiusmodi quædam portenta ostentassetis
 tanquã futurorum fuissetis præscij, quasiq; prædicere po-
 tuissetis si qui percontarentur. TRO. Menippe nouerit
 Amphilocho hic, ipsi pro sese respondendum esse, Cete-
 rum ego heros sum, uaticinorq; si quis ad me descenderit.
 At tu uidere nunquam omnino Lebadiam aduise, neque ea-
 nim alioqui ista non crederes. ME. Quid ais? Equidem ni-
 si Lebadiam fuissetis profectus, anteis amictus offam
 ridicule manu gestans, per angustum aditum in specum
 irrepsisset, nequaquam fieri potuisset, ut te defunctum
 esse cognoscerem perinde atque nos, solaq; præstigiata
 reliquos ante cellere. Sed age per ipsam diuinandi artem,
 quid tandem est heros? neq; enim intelligo. TRO. Est quid-
 dam partim ex homine, partim ex deo compositum. ME.
 Nempe quod neq; sit homo (quem admodum audio) neq; de-
 us, uerum pariter utrunq;. Ergo dimidia illa tui ac diuina
 pars quo nunc recessit? TRO. Reddit oracula Menippe in
 Bœotia. MEN. Haud intelligo quid dicas Trophonie, ni-
 si quod illud plane uideo te totum esse mortuum.

¶ Phanium, templum dicitur siue à Fauno, qui teste Probo
 primus conditor fuit, siue à fando: quia dum pontifex Ma-
 ximus templum dedicat, certa uerba fatur. Lebadia, opus
 dum est antiquum in terra Bœotia: teste Gellio libr. 12. capite
 quinto. Fuit autem in Lebadia antrum Trophonij ita ab arti-
 fice cognominatum, quod complures oraculi causa subire cõ-
 sue-

Phanium
 Lebadia
 Tropho-
 nium an-
 trum.

L V C I A N I

sueverunt, sacra stola amicti, placentasti, quas lemuri-
bus & serpentibus occurrentibus obicerent gestantes, pro-
verbialiter de homine vehementer tristi dicitur: In Tro-
phonii antro vaticinatus est, quia olim creditum est eum,
qui in Trophonii specum descendisset, postea nunquam re-
dere, ut eleganter Des. Erasmus litteratorum phoenix in Chi-
liade prima docet. Offa appellatur omnis res quæ in tu-
morem crescit, unde frustra carnis offas vocamus. Festus Po-
ponius offam porcina cum cauda offam penitam dicebat.
Præstigiatura, ars decipiendi & eludendi oculos per incan-
tationem & agilitatem celeritate, aut alio quouis modo. Ora-
culum responsum. Boeotia, regio est Europæ, iuxta At-
ticam, in ea Thebæ ciuitas fuit non cedens Athenis claritate.

Offa.
Præstigia-
tura.
Boeotia

Charontis ac Menippi Dialogus.

CHARON,

Redde naulum scelerum MEN. vociferare, siquidem
istuctibi uoluptati est Charon. CH. Redde inquam
quod pro transiectione debes. MENIP. Haud quaquam qua-
ferre queas ab eo qui non habeat. CHA. An est quisquam
qui ne obulum quidem habeat? ME. Sit ne alius quisquam
præterea equidem ignoro. Ipse certe non habeo. CH. At qui
pro eo obolo te per ditem impurissime, ni reddas. MENI. At
ego illo baculo tibi comminuam caput. CHA. Num ego te
tam longo traiectu gratis transuexero? MEN. Mercurius
meo nomine tibi reddat, ut quæ me tibi tradiderit. MER. Bel-
le mecum agatur, per louem, siquidem futurum est, ut etiam
desuntorum nomine persoluam. CHA. Haud omittam te.
ME. Quin tu igitur hac gratia perge ut facis, naulum tra-
here

heri, quanquod non habeo, quinam auferas? CHA. At tu
nesciebas quid tibi fuerit adportandum? ME. Sciebam qui-
dem, uerum non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mi-

bi semper in uita mauendū. CHA. Solus ergo gloriaberis

te gratis fuisse transuectū. ME. Haud gratis o praeclare,

siquidem & sentinam exhausti, & hominum animi, & uecto-

rum omnium uires non ciulaui. CH. Ista nihil ad nauū, obo-

rum reddo oportet: neq; enim fas est secus fieri. ME. Pro

inde tu me rursum in uitam reuebe. CH. Belle diis, nimirū

ut uerba etiam ab Aeaco mihi lucrifaciam. ME. Ergo mo-

iestus ne sis. CHA. Ostende quid habeas in pera. ME. Lu-

pinum si uelis, & He cate coenam. CHARON. Vnde nobis

hunc canem adduxisti Merari? tum qualia garriebat inter

nauigandum? uectores omnes irridens ac uictis inas-

sens, unusq; cantillans, illis plorantibus. MER. An ignoras

Charon, quem uirum transuexeris? planè liberum, cuiq; ni-

hil omnino cure sit. Hic est Menippus. CHARON. Atqui

si unquam posthac te reaperero. MENIP. Si reaperis, o prae-

clare, ne possis quidem iterum reaperere.

Charon Noctis & Herebi filius, tria inferni flumina seu
paludes obseruare dicitur, puta Acherontem, Stygem, & Co-
cyrum: & animas mortuorum ad profundum Herebi trans-
uehit, quem Vergilius in sexto pulchre describit. Porritor
has horrendus aquas, & flumina seruat Terribilisqualor

Charon

LUCIANI

Charon, cui plurima mento Canices inculta iacet, stant lumina flamma. Sordidus ex humeris, modo dependet simi-
 ctus. Ipse ratem conto subigit, vellisq; ministrat. Et ferru-
 ginea subuectat corpora cymba iam senior, sed cruda Deo
 viridisq; senectus. Naulum, pretium quod nauæ pro ve-
 stura soluitur. Iuuenalis: Furor est post omnia perdere nau-
 lum. Traicere, id est, transfuere siue transportare. Inde
 traiectus, locus vbi homines & res traſciuntur, cen veer.
 Haud quaquam auferre queas, ab eo qui. Etiam ad hanc
 sententiam pertinet illud adagium, quod vsurpat Plautus in
 Asinar. Nudo detrahare vestimenta me iubes. Num ea gra-
 tia, quasi dicat non. Significatio huius monosyllabæ num
 est fere eadem quæ an, sed subintelligitur non. Terentius in
 Andria: Vide num eius color pudoris signum vsquam in-
 dicat, quasi dicat non. *Sentina*, locus est in ima nauis, ad
 quem sordes vndique defluit, & aqua ipsa in ima nauis. Ut,
 sequente relatiuo pulchre capitur pro quippe siue vtpote.
 Quintilianus: Nec ignoro igitur quos transeo, nec vtiq;e
 damno, vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid. *Ve-
 ctor*, significat & eum qui vehit, & eum qui vehitur. Hecate,
 triformis vmbra-um est dea, sic dicta, vel quod centum vi-
 ctimis placetur, vel quod centum annos faciat errare inse-
 pullos. Tortellius & plerique alij putant eandem esse cum
 Proserpina: verum Lucianus à Proserpina Hecatē in Ne-
 cromantia separat. Per cœnam Hecate, vilem ac parcam in-
 telligas. Nam vmbrae victitant malua & asphodelo, vili-
 ssimis herbis, præterea menades pisces & triglas in delictis
 esse Hecate, atque illi sacras testatur Arheneus libro septimo.
 Nam hi pisculi vilissimi sunt, & trigla etiam à ternione di-
 citur, qui numerus Hecate sacer est. Ita me docuit vnde-
 cunque doctissimus Erasmus. *Dicteria* scribit Macrobius
 omnia quæ facete & breuiter & acute dicuntur, ea dicte-
 ria appellari.

Cratis ac Diogenis.

CRATES.

MOERichum diuitem noueras ne Diogenes? illum
 inquam supra modum diuitem, illum Corintho
 pro-

Interdum sumpsit, motu proprio, ad rem recte
quod, tunc, in hunc modum, cum datus annuarius
O. indolentis, statim est omni, p. ante archi. vixit
absolutus, quod aut, tunc, aut, p. vixit
aut, manifeste, falsis, vixit, p. vixit
vixit, manifeste, falsis, vixit, p. vixit
impudens, vixit, p. vixit, quod, vixit, vixit
vixit, p. vixit

Copy of the first entry in the

profectum, cui tot erant naues onustae mercibus, cuius co-
 sobrinus Aristas, quum ipse quoq; dives esset, Homeri-
 cum illud in ore solebat habere. Aut me confice tu, aut ea
 go tete? DIOGE. Cuius rei gratia sese captabant inuice
 Crates CRATES. Hereditatis causa, quum essent aequa-
 les, uterq; alterum captabat. Tandem testamenta publicaue-
 rant ambo, in quibus mercibus (si prior moreretur) Ari-
 steam omnium rerum suarum dominum relinquebat. Mox
 richum vicissim Aristas, siquidem ipse prior e uita dis-
 cederet. Haec igitur cum essent in tabulis scripta, illi inter
 sese captabant, et alter alterum adulationibus, obsequijsq;
 superare contendebat. Porro diuini, haud scio utrum ex
 astris id quod futurum sit coniectantes, an somnijs, quem
 admodum Chaldaei faciunt, quin et Pythius ipse nunc Ap-
 risteam victorem fore pronuntiabat, nunc Micerichum, ac
 trutinam quidem interim ad hunc, interim ad illum propen-
 debat. DIOGE. Quid igitur tandem euenit? Nam audire
 est opere praedictum Crates. CRATES. Eodem die mortui
 sunt ambo. Caeterum hereditates ad Eunonium ac Trasys-
 clem deuenerunt, quorum uterq; cognatus illis erat. Atqui
 de his nihil praedixerat diuini futurum, ut tale quippiam ac-
 cideret. Etenim quum Sicyone Cirrham uersus navigaret,
 medio in cursu obliquo orto lapige eo sunt depulsi. DIO-
 GE.

OGENES. Rectè factum, at nos cum essemus in uita, nihil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Neque enim ego unquam optabam, ut moreretur Antisthenes, quo nimirum baculus illius ad me rediret heredem (habebat autem ea gregie ualidam) quem ipse sibi parauerat oleaginū, neque Crates opinor desiderabas, ut me mortuo, in possessionem mearum successuum uenires, puta doli, ac per a, in qua quidē lupini Chenias inerant due. CRATES. Neque enim mihi quicquam istis rebus erat opus. Imo ne tibi quidem Diogenes, siquidem quæ ad rem pertinebant, quæque tu Antistheni succedens acceperis, deinde ego succedens tibi, eo nimirum multo sunt potiora, multoque splendidiore, quam uel Persarum imperium. DIOGENES. Quæ nā sunt ista quæ diis? CRATES. Sapientiam inquam, frugalitatem, ueritatem, libertatem. DIOGENES. Per Ionem memini me in istiusmodi opum hereditatem Antistheni successisse, tibiq; eas longe etiā maiores reliquisse. CRAT. Verum reliqui mortales hoc possessionum genus aspernabantur, neque quisquam nos ob spem potiunde hereditatis obsequijs captabat, sed ad auram omnes intendebant ualos. DIOGE. Nec iniuria. Neque enim habebant quo facultates eiusmodi à nobis traditas acaperent, quippe rimosa si iam uitiatique delitijs, non aliter quam uasa carie putrida.

tria. Quo fit ut si quando quis in illos infundat uel sapientiam, uel libertatem, uel ueritatē, effluat illico, perstilletq; fundo quod inmissum est continere non ualente. Cuiusmodi quiddam & Danaï filiiabz aiunt accidere, dum in dolium pertusum haustam aquam importabant. At iisdem aurum dentibus & unguibus, omniq; ui seruabant. C R A E S. Proinde nos hic quorū nostras possidebimus opes. Illi simulatq; huc uenerint, obolum duntaxat secum ferent, ac ne hunc quidem ulterius quā ad portitorem.

Corinthus, vrbs fuit Achaiz, in faucibus Isthmi sita. Con-
sobrinj, proprie dicuntur duarum sororum filij, sicut pa-
truales duorum fratrum filij: qui uero ex sorore & fratre
progeniti sunt, amittimī uocantur. Aequales dicuntur, qui
eiusdem sunt annorum. Terentius in Adelphis: Amicum
nostrum similem atque aequalem. Chaldaea, regio est Asiae,
Arabiz contermina, in qua Babylon ciuitas magna fuit.
Chaldaei primo syderum obseruatione futura praedicere
solebant, & postea uanitate eorum aucta, artibus quibus-
dam & maleficijs scire se omnia, & posse profitebantur.
Pythius unum ex cognomentis Apollinis, à Pythone ser-
pente quem interfecit. Trutina idem est, quod statera. In-
de trutino & trutinor deponens. Persius: Atque exporre-
to trutinantur uerba labello. Opera precium, id est, fructus
osum & utile. Sic Iuuenalis: Est opera precium penitus co-
gnoscere toto Quid faciant agentiq; die. Sicyon, fuit
Plinio teste, Achaiz oppidum. In Sicyone spectatissima
quondam Occasionis imago exiit authoris Lysippi. Chy-
ra, teste Strabone in .9. vrbs est uenusta sub Cirphini Pa-
nassi rupe ad mare locata, e regione Sicyonis posita, ab
qua incipit ad Delphos ascensio, ibi est anthrum cyrreum
Phaebioraculo celeberrimum. Iapix, uentus est occiden-
talis, quem Gellius Caurum siue Corum esse putat. Lupi-

Corinth⁹
Consobri-
ni.
Aequales

Chaldaea

Pythius.
Trutina.

Iapix
Lupinus.

LVCIANI

- nus legumen est, teste Plinio, homini & quadrupedum generi ungulas habendi commune, & ut homini in cibo sit aqua maceratur, & circumagitur quotidie cum sole, horastq; agricolis etiam nubilo demonstrat. Chœnix, est cibi diurnæ mensura, vnde Pithagoræ dictum est chœnici infidias, quo admonemur, ne de victu in crastinum simus solliciti. Rimosi, id est, pleni rimarum, omnia effutientes, hinc Parmeno Terentianus dixit de se: Plenus rimarum sum: sunt autem rimæ hiatus angustiores, & fissuræ in re quæ rumpi incipit. Inde rimari, inquirere. Danaus Beli Prisci filius, ex pluribus conjugibus quinquaginta filias habuit, quæ cum quinquaginta filijs Aegypti fratris Danaï nupsissent, eos omnes vna nocte interfecerunt, præter Hypermetram, quæ Lino viro suo pepercit, ob quod nephas hac pœna finguntur apud inferos damnatæ Danaides, ut assidue in vrnis fundo carentibus haurire aquam cogatur: Portitorem, id est, Charontem. Portitor enim dicitur qui vehit homines de littore ad littus, vel de naui ad littus. Ab usuque etiam qui portatur, portitor dicitur, sicut vector, teste Seruio.
- Chœnix.** mensura, vnde Pithagoræ dictum est chœnici infidias, quo admonemur, ne de victu in crastinum simus solliciti.
- Rimosi** id est, pleni rimarum, omnia effutientes, hinc Parmeno Terentianus dixit de se: Plenus rimarum sum: sunt autem rimæ hiatus angustiores, & fissuræ in re quæ rumpi incipit. Inde rimari, inquirere.
- Danaus.** ex pluribus conjugibus quinquaginta filias habuit, quæ cum quinquaginta filijs Aegypti fratris Danaï nupsissent, eos omnes vna nocte interfecerunt, præter Hypermetram, quæ Lino viro suo pepercit, ob quod nephas hac pœna finguntur apud inferos damnatæ Danaides, ut assidue in vrnis fundo carentibus haurire aquam cogatur:
- Portitor.** Portitorem, id est, Charontem. Portitor enim dicitur qui vehit homines de littore ad littus, vel de naui ad littus. Ab usuque etiam qui portatur, portitor dicitur, sicut vector, teste Seruio.

Nirei, Menippi, & Thersite.

NIREVS.

Ecce deniq; uel Menippus hic iudex erit, uter nostrum sit formosior. Dic Menippe, an non tibi uideor forma præstantior? MENIP. Imo quinam sitis, prius arbitror indicandum. Nam hoc opinor scito est opus. NIRE. Nireus ac Thersites. MENI. Vter Nireus, uter Thersites nondum enim uel hoc satis liquet. THERS. Iam unum hoc uinco, qd tibi sum similis, neq; tantopere me præcellis, quā topere te cæcus ille Homerus extulit, unum oim formosissimum appellans. Quin ego fastigiato uertice, rarisq; & im
pexis

pexis capillis ille, nibilo te inferior uisus sum arbitror. Iam
 acro tempus est, uti pronunties Menippe, utrum altero
 formosiores existimes. NI. Mirum ni me Aglaia Charo-
 pēq; prognatū, q uir pulcherrimas unus omnibus ē Graijs
 Priameia ad pergama ueni. MEN. Atqui non item sub ter-
 ram opinor pulcherrimus uenisti, quippe qui reliquis quia-
 dem osibus alijs appareas asimilis, porro caluaria hoc
 uno insigni à Thersite caluaria dignosci possit, quod tua
 delicata est ac mollicula. Quandoquidem isthuc habes es-
 foeminatū ac neutiq; uiro decorum. NIR. Attamen Homē-
 rum percontare, qua specie tum fuerim, quum inter Grae-
 corum copias militarem. MEN. Tu quidē somnia mihi nar-
 ras. At ea spectro, quae uideo, quaeq; tibi adsunt in praesentia.
 Cetera ista norunt, qui id temporis uiuebant. NIRE.
 Quid igitur tandem? An non ego hic formosior Menippe?
 MENIP. Neq; tu, neq; quisquam alius formosus hoc loco.
 Siquidem apud inferos aequalitas est, paresq; sunt omnes.
 THERSITES. Mibi quidem uel hoc satis est.

¶ Nireus, erat omnium Graecorum qui ad Troiam nauiga-
 uerunt speciosissimus, infra tamen Achillem, sed erat im-
 bellis. Thersites teste Homero in secundo Illados, fuit fo-
 dissimus omnium qui ad Troiam nauigauerunt, altero
 oculo strabone, altero pede claudō, angustissimis hume-
 ris, & ad pectus vsque contractis, vertice acuminato, raro ca-
 pillitio. Opus est sciro, id est scire, participium praeteriti tempo-
 ris, ablatiui casus, eleganter pro infinitiui iungitur his no-

LVCIANI

Homerus

minibus opus & usus. Homerus fuit omnium poetarum clarissimus, atque adeo pauper, ut luminibus agritudine amissis, non esset illi unde sumptus puero à quo duceretur impenderet: cuius patriæ fuerit, maxime dissensum est, unde teste Gellio, Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri. Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ. In Chio autem infula decessit, & sepultus est,

Somni.

ut in Gellium notauit Iacobus Bononiensis, homo impense doctus. Somnium, est quod in somnis videre videmur, unde prouerbialiter somnium & somnia rem futilem, inanem, & nihili dicimus. Terentius in Adelphis: De argento

**Id tempo
ris**

somnium. Id temporis, id est, eo tempore. Venustissime enim sic utimur, id temporis, pro eo tempore. Gellius: Si libri copia fuisset id temporis. Cicero: Ad me venturos esse id temporis prædixeram.

DIOGENIS ET MAVSOLI.

Diogenes.

OHetu Car, quare tandem insolens es, tibiq; places, ac dignum te credis, qui unus nobis omnibus anteponeat MAVSOLVS. Primum regni nomine ò tu? inopensis, quippe qui Carie imperauerim uniuersæ, præterea Lydiæ quoque gentibus àiquot. Tum autem & insulas nonnullas subegerim. Miletum usque peruenierim, plærisque Ioniæ partibus uastatis. Ad hæc formosus eram ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus. Postremo, quod est omnium maximum, in Halicarnasso monumentum erectum habeo, singulari magnitudine, quantum uidelicet defunctorum alius nemo possidet, neq; pari etiam pulchritudine conditum

ditum, uiris uidelicet atque equis, pulcherrimos è saxo ad uiuam formam absolutissimo artificio expressis, adeo ut uel phœnum aliquod simile haud facile quis inueniat. Num iniuria tibi uideor has ob res mihi placere atque esse ferri? DIOG. Num ob imperium ais, ob formam, atq; ob sepulchri molem? MAV. Per iouē, ob hæc inquam. DIO. Atqui ò formose Mausole, neque uires iam illæ, neq; forma tibi iam adest, adeo ut si quem arbitrum de formæ præcellentia deligeremus, haud quaquam dicere potis sit, quâ obrem tua caluaria meæ sit anteferenda, siquidem utraq; pariter tum calua, tum nuda, utrique dentes pariter ostendimus, pariter oculis orbati sumus, pariter naribus surmis ac sursum hiantibus deformati. Caterum sepulchrum ac saxa illa præciosa Halicarnasseis forsitan iactare licebit, & hospitibus gloriæ causâ ostentare, tanquam qui magnificam quandam apud se structuram habeant, uerum quid hinc commoditatis ad te redeat uir egregie, nequaquam uideo, nisi forsan illud commodum uocas, quod plus oneris atque nos sustines sub tam ingentibus saxis pressus ac laborans. MAVSOL. Ita ne nihil illa mihi conducunt omnia? planeq; pares erunt Mausolus ac Diogenes? DIOGENES. Imo haud pares inquam uir clarissime. Nam Mausolus discrucabitur, quoties earum rerum in men-

LUCIANI

tem veniet, quibus in vita flere consuevit. At Diogenes interim eum ridebit. Atque ille quidem de suo illo monumento quod est in Halicarnasso, memorabit, ab uxore Arthemisia, atque sorore parato: contra Diogenes ne id quidem suo de corpore nouit, nunquid habeat sepulchrum. Neque enim illi res ea cura est, uerum apud uiros excellentissimos sui memoriam famamque reliquit, ut qui uitam peregerit uiro dignam, tuo monumento Carum abiectissime, celsiorem ac tutiore in ioco substructam.

Caria
Car

¶ Caria, regio est minoris Asiae inter Lyciam & Ioniam. Inde Car Casos, aliquis de Caria, cuius femininum est Calera, teste Raphaele Reg. in 4. Metam. Ouid. In Caria regnauit Mausolus, quem vxor ita amasse dicitur, ut cineres eius cum odoribus mixtos biberit. Sepulchrum praeterea adificauit tam egregijs operibus, ut inter septem orbis miracula computetur, quod Mausoleum nuncupatur. Sinopes, vrbs fuit Cappadociae, & patria Diogenis, ut docet Pomponius. Ionia, regio est in extremitate minoris Asiae, media inter Cariam & Ioniam, cuius regionis Miletus vrbs caput est. Halicarnassus, metropolis est Cariae regionis, in qua nobile Mausoleum extat. Quoties & toties sine n scribi Caper grammaticus praecipit. Earum rerum in mentem venit, sane quam eleganter dicitur, & subauditur recordatio, qualitas, status, memoria, aut aliquid simile, ut uult Valla. Cicero: Quum illius diei mihi in mentem venit: dicimus etiam: In mentem venit de illa re.

Sinope
Ionis

Halicarnassus

Symili & Polystrati.

SYMILI.

Venisti tandem & tu Polystrate ad nos, quam annos uixeris haud multo pauciores centum opinor? P. O.

Non.

Nonaginta octo Symile. SYMI. Sed quinam triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras superstes? Nam ipse perij te ferme septuagenario. POL. Quam suauissime profecto etiam si hoc mirum tibi uidebitur. SYMIL. Mirum uerò si quidem tibi primum seni, deinde inualido, postremo etiam orbo quicquam poterat esse in uita suaue. POLY. Principio nihil erat quod non possem, præterea pueri formosi complures aderant, tum mulieres nitidissimæ, unguenta, uinum mire fragrans, postremo mense uel Siculis illis lautiores. SYMI. Noua narras, nam ego te plane sordidum ac parcissimum esse sciebam. POLYST. Atqui iur prædare, ex alienis arcis opes mihi subscatebant, tum diluculo protinus quam plurimi mortales ad fores meas uentitabant, simulq; ex omni rerum genere quæ terrarum ubiuis pulcherrime reperiuntur, munera deportabantur. SY. Num me defuncto regnum gessisti? POLY. Minime, uerum amantes habebam innumeros. SYMI. Non possum non ridere. Tu ne amantes, tantus natu quum esses, uixq; tibi dentes superessent quatuor? POL. Habebam per Iouem equidem optimas res ciuitatis. Quumq; essem tum senex, tum caluus: sicuti uides, præterea lippiens etiam ac senio cecutiens, postremo naribus mucosis, tamen cupidissime mihi inserniebant, adeo ut is foelix uideretur, quemcumq; uel aspexissem mo-

LUCIANI.

do. SYM. Num tu quoque quemadmodum Phaon ille, Venerem aliquam è Chio transfuxisti, ut ob id optanti tibi illa dederit, rursus ad inuentam redire, ac de novo formosum atque amabilem fieri. POL. Haudquaquam. Quin magis quam talis essem, qualem dixi, tamen supra modum adamar. SYM. Ænigmata narras. POLYSTRAT. At qui notissimus est hic amor, quam uulgo sit frequens, nempe erga senes orbos ac diuites. SIMIL. Nunc tua forma unde tibi profecta fuerit, intelligo uir egregie, nimirum ab aurea illa Venere. POLYSTRAT. Verum tamen non parum multas commoditates ab amantibus tuli Symile, prope modum etiam adoratus ab illis. Porro sepius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorum. Interim illi inter sese decertabant, & in ambiculis primis apud me partibus, alium alius antecire nitebatur. SYMIL. Sed age de facultatibus tuis quid tandem statueras? POLYSTRAT. Palam quidem affirmabam me unumquemque illorum relicturum heredem. Idque illi cum crederent futurum, certatim se quisque obsequentiorum atque adulantiorum præbebat. Ceterum alteras illas uerastabulas, quas apud me seruaueram, reliqui, in quibus omnes illos plorare iussi. SYMIL. At postremo ille tabule, quem pronuntiabant heredem? Num è cognatis quem

quempiam? POLYSTRA. Non per Iouem: Imo nouitiam
 quendam ex formosis illis adolescentulis, natione Phry-
 gem, SYM. Quot annos natum Polystrate? POL. Vigin-
 ti ferme. SYM. Iam intelligo quibus obsequijs ille te de-
 meruerit. POLYS. Attamen multo illis dignior, qui scri-
 beretur heres, etiamsi barbarus erat ac perditus. Quem
 iam ipsi etiam optimates colunt captabantq;: Is igitur mihi
 extitit heres, tanq; inter patritios numeratur, subraſo men-
 to, barbaroq; cultu ac lingua. Quin cum Códro generosu-
 orem, Nireo formosiores, Vlyſſe prudentiores eſſe præ-
 dicant. SY. Non laboro uel totius Græciæ ſit imperator, ſi
 libet, modò ne illi potiantur hereditate.

¶ Sicula menſa, præſauta atque opioſa dicebatur: vnde Sicula
 Plato de republica libro tertio: Syracuſanam amice meniam menſa.
 & ſiculam in obſonijs varietatem non videris approbare, vt
 Deſid. Eraſmus Centuria ſecunda chiliadis. 2. Naru, id eſt,
 natione & ætate, ablatius ſolus in vſu eſt, telie Seruio.
 Mucus, eſt narium immundities. Inde mucosus muco ple- Mucus.
 nus & obſitus. Phaon traiciendis viatoribus de ripa in ri- Phaon.
 pam victum ſibi quæritauit, cumq; ſemel Venerem nulla
 promiſſa mercede tranſuſiſſet, ignoransq; quod dea eſ-
 ſet, ab ea alabaſtrum vnguento plenum mercedis loco ac-
 cepit, quo cum ſe peruſiſſet, formoſiſſimus omnium mor-
 talium apparuit, atque à Sappho poëtria celeberrima ada-
 matas, poſt tanquam merchus interfectus eſt. Chios, in- Chios.
 ſula eſt in mari ægeo Leſbo vicina, quæ paruo freto ab Aſia Pro-
 diuiditur. Procax, id eſt, proteruus & contumeliouſus. Pro-
 cari veteres petere dicebant, vnde procax, impudens in
 petendo, & laſciuus ſive libidinoſus, & quia impudicæ mu-
 lieres ne verbis quidem turpibus & mordacibus abſtinent.
 Pro-

LUCIANI

- Phryx** Procacia, contumelia dicitur, & procerx contumeliosus, & proteruus. Phryx phrygis, vir ex Phrygia. Est autem Phrygia, regio minoris Asiae, & in ea est Troia provincia, cuius caput Ilium fuit olim regia Priami. Femina vero dicitur Phrygia. Vergilius: O verx Phrygiæ. Demeruerit, deduxerit, & de te bene merendo obligauerit. Nam demereri, est meritis obligare. Quintilianus: Ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei. Nec capitur demereri pro malefacere, ut vulgus putat, sed commeremur mala, meremur bona, ut vult Donatus. Perditus, dicitur qui in omne scelus est traditus, teste Valla. Nam per in compositione aliquando capitur in malum: Iuuenalis Satyra octaua: Libera si dentur populo suffragia, quis tam perditur, ut dubitet Senecam præferre Neroni? Inter patricios. Patricij, dicuntur progenies senatorum, qui patres vel abestate, vel à curæ similitudine appellabantur. Plæbei autem patricijs opponebantur. Codrus Atheniensium dux cum bellum esset cum Laconibus, extaretq; oraculum illos posse vincere, quorum dux in bello caderet, sumpta humili veste iuxta hostilia castra iurgio hostes sic laceffauit, ut incognitus necaretur, hæc Seruius. Vnde hostes cognito Codri corpore per annulum quem gestabat, sine prælio discesserunt. Hinc quum quempiam generosissimum significare volumus, dicimus: Codro generosior.
- Demere-
or.**
- Perditus.**
- Codrus.**

Veneris & Cupidinis.

V E N V S.

Quid tandem in causa est Cupido, ut quum reliquos Deos omnibus adortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunum, Apollinem, Iunonem, me deniq; matrē, ab una Minerva temperes, utq; aduersus hanc nec ullum habeat incendium tua fax, & iaculis uacua sit pharetra, tum & ipse arcu careas neque iaculari noris? CV. Equidē hanc metuo mater, est enim formidabilis truculētoq; affe-

ctu

*Et ac ferocitate quadam supra modū virili. Proinde si quā
 do tenso arcu petā illam, galeæ cristā quaties, expanefacit,
 moxq; formidine temere occipio, sic ut arma mihi è ma-
 nibus excidant. VE. Atqui Mars an non erat formidabilis
 or? hunc tamen superatum exarmasti. CVP. Imo ille cupidē
 me recipit atq; ultro etiam inuitat. Verum Mincrua semper
 adductis supercilijs obseruat. Quin aliquando temere ad
 illam aduolauī, facem propius admouens. At illa, siquidē ad
 me accesseris inquit per parentē Iouem, quouis modo te cō-
 fecero aut lancea te transfigam, aut pedibus arreptū in tar-
 tara dabo præcipitem, aut ipsa te discerpam. Plurima itē id
 genus comminabatur. Adhæc acribus obtuetur oculis, po-
 strempo & in pectore faciem quandam gēstat horrendā ui-
 peris capillorum uice comatam. Hanc nimirū maximopere
 formido. Territat enim me, fugioq; quoties eā aspicio. VE.
 Esto sanē, Mincruam metuis, ut ais, atque huius gestamen
 Gorgona reformidas, idq; cum Iouis ipsius fulmen non
 formidaueris. Caterum mæse quam ob causam abs te non
 feriuntur, atque à tuis iaculis tutæ agunt? Num & hæ cri-
 stas quatunt, aut Gorgonas prætendant. CVPIDO.
 Has quidem reuereor mater. Sunt enim uultu pudico, ac
 reuerendo, præterea semper aliquo tenentur studio, semper
 cautionibus animam intentum gerunt. Quin ipse etiam
 non*

L V C I A N I

non raro illis assisto, carminis suauitate delinitus. VEN.
 Esto nec has adoriris, propterea quod sint reuerendæ, at
 Dianam qua tandem gratia non uulneras? CVPIDO. Vt
 breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem usquam sum
 potis, quippe perpetuo per montes fugitantem. Ad hæc
 alterius cuiusdam sui Cupidinis illa tenetur cupidine. VE-
 NVS. Cuius ò gnate? CVPIDO. Nempe uenatu ceruo-
 rum & Hinnulorum, quos insectatur ut capist, ac iacu-
 lo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmodi studio te-
 netur. Tametsi fratrem eius, qui nimirum arcu ualet &
 ipse, feritq; eminus. VEN. Teneo gnate, cum se penumero
 sagitta uulnerasti.

Cupido

¶ Cupido, Martis & Veneris fuit filius, quem delosi ve-
 teres ingentis potentia amoris esse deum voluerunt. Pinge-
 batur puer imberbis, cæcus, alatus. facem gestans & sagit-
 tas, quarum vna cuspide aurata vulneratos ad amorem, al-
 tera plumbea ad odium impellit: quorum omnium rati-
 onem pulcherrimis versibus Pius pontifex, & Marullus
 ingeniosissime complexi sunt, Iuppiter, Iuno, Neptunus,
 & Pluto, Saturni & Opis filij fuerunt. Verum Iuppiter Iu-
 nonem sororem suam eodem secum partu æditam vxo-
 rem duxerat, & cum Plutone Neptunoq; fratribus regnum
 partitus, Olympum sibi reseruans habitauit: quàm insignis
 supris & adulterijs fuerit, non ipse tantum, sed & reliqua
 gentilium deorum caterua poetarum carmina personant
 & numerosa ex varijs mulieribus suscepta soboles docet.
 Apollo, Iouis & Latonæ filius; à poëtis dicitur medicinæ
 artis repertor, diuinitatis deus, & Musarum præses. Mi-
 nerua, sapientiæ dea, & omnium bonarum artium inuen-
 trix appellatur. Hanc dicunt poëtæ Iouis filiam sine ma-
 tre,

Iuppiter.

Apollo
 Minerua.

tre, ita quod Iuppiter videret Iunonem vxorem suam non ferentem liberos, percusso capite armatam Mineruam emisit. Ouidius in tertio Fasto. An quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo profluuisse suo. Eadem dicitur belli inuentrix & princeps, hanc toruam oculis, & armis insignem longamq; hastam cum crystallino clypeo in quo erat caput Medusæ, ferre dicunt poetæ. De qua re talem fingunt poetæ fabulam. Medusa, vna Gorgonum cum à Neptuno in templo Mineruæ stuprata esset, irata dea ne tantum crimen inultum maneret, crines eius quibus Neptuno placuerat, in angues vertit, deditq; vt eam aspicientes in saxa verterentur. Hanc postea Perseus, Iouis, Danaesq; filius acceptis talaribus & falcato ense Mercurij, item scuto Palladis Medusam vnico ictu interemit. Vnde Pallas vt terribilior hostibus videretur, Gorgonis caput in suo clypeo gestauit. Ouidius: Gorgonium crimen turpes mutauit in hydros. Nunc quoque vt attonitos formidine terreat hostes, Pectore in aduerso quos fecit sustinet angues. Pharetra, theca sagittarum, Inde Cupido pharetratus dicitur. Supercilij. Cilium, est superius oculi operimentum. Inde supercilium, infima pars frontis quæ præminet oculo, & quoniam illo multis modis animum indicamus, ponitur pro grauitate, & etiam superbia. Minerva ergo supercilijs adductis, id est constrictis, quod irati faciunt, obseruat, id est notat, & custodit attentissime, ne amoris taculo se feriant. Temere, aduerbium qualitatis, significans stulte, inconsiderate, siue sine causa. Seneca in. 8. Nihil in propinquos temere consutui decet. Qui post Ciceronem nati sunt, temere pro fere acceperunt te-
 re Valla. Tartarus, est proprie locus infimus infernorum Musæ, vt dicit Hesiodus, ex Ioue & Mnemosine, hoc est memoria natæ sunt, & sunt nouem, quarum nomina & inuenta sic percurrit Vergilius: Clio historias inuenit, Melpomene tragœdias, Thalia comœdias, Euterpe tybias, Terpsichore psalterium, Erato geometriam, Calliope lieras, Vrania astrologiam, Polyinnia rhetoricam. Diana, Iouis filia, ex Latona eodem partu cum Apolline nata dicitur, quæ virginitalis studio, hominum consortia fugiens syl-
 uas incolebat, venationi intenta, quare cum arcu & pha-
 retta

Pharetra.
Supercili-
um.

Temere.

Tartarus

L V C I A N I

retra illam incessisse scribunt poëtae. Vergilius: Illa pharetram fert humero. Plurima id genus, sane quam eleganter pro eius generis plurima dicimus, & omne genus, pro omnis generis, unde scripsit Aristoteles libros esse elegantiarum omne genus refertos. Tametsi fratrem eius, subaudi serio iaculis amoris, est enim Apolliopepis.

Tametsi

Martis ac Mercurij.

M A R S.

Avdistin' Mercuri, cuiusmodi nobis minatus sis Iuppiter, quàm superba, quàmq; dictu absurda. Ego, inquit, si uoluerò, catenam ex æthere demittam, unde si uos suspensi me ui detrabere conemini, laſeritis operã. Nunquam enim me deorsum trahetis. Contra ego, uos si uelim in altum attrahere, non uos modò, uerum etiam tũ terram ipsam, tũ mare pariter subuectũ in sublime sustulcro. Ad hæc alia permulta, quæ tu quoq; audisti. At ego, si quidem cum unoquoque singulatim conferatur, ita præstantiorem cum esse, uiribusq; superiorem, haud quã negauerim: uerum unum tam multis pariter in tantum antecellere, ut eum ne pondere quidẽ uincere queamus, etiamsi terram ac mare nobis adiunxerimus, id ne utiquã crediderim.

MER. Bona uerba Mars. Neq; enim sat tutum est ista loqui. Ne qd forte mali nobis hæc petulãtia cõciliet. MAR. An uero credis apud quemlibet hæc dicturũ me? Imo apud te solum id audeo, quem lingue continentis esse sciebam, quod mihi maxime ridiculum uidebatur, tum quũ hæc mini tantum

tantem audirem, haud quicquam apud te reticere, etenim memineram, quum non ita multo ante Neptunus, Iuno, ac Pallas mota aduersus eum seditione machinarentur comprehensum illum in uincula conijcere, quantopere formidaret utiq; in omnem speciem sese uerterit. Idq; cum tres duntaxat essent dij. Quod ni Thetis misericordia commota, Briareum Centimanum illi auxiliatum accersuisset, ipso pariter cum fulmine ac tonitru uinctus erat. Haec reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam, iactantiamq; MER. Tace bona uerba. Neque enim tutum est, ista uel tibi dicere, uel audire mihi.

¶ Mars belli deus, Iunonis fuit filius absq; patre, ut scribit Ouidius in Fastis. Nam Iuno commota quod Iuppiter absq; muliere Mineruam concusso capite emisisset, ad Oceanum petrexit consilium sumptura, quo pacto & ipsa sine viro concipere posset, sed in itinere quum desedisset lassata, a dea Flora vxore Zephiri est edocta in campis olenis florem esse, quo tacto repente conciperet, id postquam fecisset, Martem concepit & peperit, hic Deus ram dirus atque cruentus, inter alias multas Venerem adamauit, & Cupidinem genuit. Luseritis operam, hoc est, inaniter laborabis.

Terentius in comedia Phormione: In illis opera laudatur, hoc est perditur & frustratur, & est prouerbialis locutio, in laborantem inaniter. Contra, id est, ediuerso econtrario. Et est aduerbium. Vergilius in primo libro Aeneidos: Sic Venus & Veneris contra filius orsus. Aliquando etiam contra aduerbialiter capitur, & significat ex opposito, econtra putant doctiores Latine non dici. Briareus fuit Titanis, & Terrae filius, fraterque Cottis, & Gygis centimanus, Iouisque summi Dei amicus, de quo Theodosius talem fabulam refert, quod commoni

Mars

Contra

Briareus.

dij

LVCIANI

dij aduersus Iouem, Iuno puta & Neptunus vna cum Pal-
 lade in domo Nerei patris Thetidis deliberauerunt cathe-
 nam facere, & dormienti Ioui inijcere, quod Thetis Ne-
 rei filia & mater Achyllis celum ascendens Ioui retulit, &
 secum Briareum Ioui auxiliatum adduxit, quem cum vidis-
 sent coniurari, eo quod fortissimus astutaretur, confe-
 ssim a corpore desicere, & sic defensus est Iuppiter. Latini au-
 tem poetae scribunt Briareum Iouis & deorum hostem infe-
 tissimum fuisse, eumq; foribus inferni excubias agere, vt
 scribit Vergilius in sexto.

Mercurij & Maia.

MERCVRIVS.

EST uero mater, deus quisquam in caelo me miserior?
 MAIA. Caue ne quid istiusmodi dixeris Mercuri.
 MERCV. Quid non dicam? qui quidem tantum negotio-
 rum solus sustineam, quibus de lassor in tam multa ministe-
 ris distractus? nam mane protinus surgendum est mihi. sta-
 timq; uerrendum coenaculum, ubi dij comporant. Tum ubi
 curiam in qua consultant undiq; strauero, ac singula ita
 ut oportet composuero, Ioui necessum est assistere, ac per-
 ferendis illius mandatis, toto die sursum ac deorsum cur-
 sitare, insuper cum redeo, puluerulentus adhuc Ambro-
 siam apponere cogor. Porro priusquam nouitius iste po-
 cillator aduenisset, ego nectar etiam ministrabam. Quodq;
 est omnium indignissimum, soli omnium ne noctu quidem
 agere quietem licet, uerū id quoq; temporis necesse habeo
 defunctorum animas ad Plutonem deducere, manūq; gre-
 gi me

gi me ducem præbere, tū autem & tribunalibus assistere. Neque enim mihi sufficiebant, scilicet diuina negotia dum uersor in palastris, dum in concionibus præconis uices ago dum oratores instruo, ni hæc quoque provincia accedat, ut simul etiam umbrarum res diffundam. Atqui Lede filij alaternis inter ipsos uicibus apud superos atque inferos agitant, mihi necesse est quotidie, tum hoc, tum illud pariter agere. Deinde duo illi Alcmena & Semele miscreis progenerati mulieribus, ociosi in conuiujs accumbunt, at ego MAIA At'antide progenitis illis ministro scilicet. Qui nunc cum recens Sidonē à Cadrui filia reuersus essem (nam ad hanc me legarat uisum quid ageret puella) priusquam respirassem, & adhuc anbelum de uia, rursus ad Argos emandauit uisurum, qui cum Danæe ageretur. Rursum inde in Bœotiam profectus inquit obiter Antiopiam uisita, adeo ut plane iam pariturum me negarim, quod si mihi licuisset, lubens profecto fecissem, id quod solent ij qui interras duram seruiant seruitutem. MAIA. Missasæ ista gnate. Decet enim per omnia morem gerere patricium sis iuuenis. At nunc quo iussus es Argos contende. Deinde in Bœotiam, ne si cessaris fuerisq; lentior, plagas etiam auferas. Nam iracundi sunt qui amant.

¶ Maia Atlantis ex Pleione coniuge filia. Ioui concubuit
C arg

Main

atque ex eo peperit Mercurium, quem Iano prae omnibus pellicum filijs admauit, ira vt Mercurium mox natum suis vberibus lactauerit, sicq; diuino lacte perfusus, licet ex mortali natus, immortalis tamen effectus est, dictusq; est Mercurius deus facundiae, mercatorum, palestra, furum, nunciusque & interpretes deorum, galea tegitur, alata fert talaria, & virgam caduceam, qua animas, vt scribit Vergilius: Ille euocat orco Pallentes, alias sub tristia tartara mittit. Protinus per i, aduerbium est temporale, id est, statim. Protenus per e, aduerbium locale, id est porro tenus, auctor est Caper Grammaticus. Cornaculum, locus appellatur, vbi cornamus, vt auctor est Varro, sed postquam in superiori parte cornitare coeperunt, superioris domus vniuersa cornacula dicta sunt. Et cornatio, locus in una aediam parte ad coenam sumendam. Ambrosiam, pro deorum cibo & vnguento vsurpant Poetae, nec temere, quia ambrosios graece dicitur immortalis. Martialis: Iuppiter ambrosia satur est & nectare viuit, id est de nectare. Apuleius in sexto, Tunc poculum nectaris quod vinum deorum est. Et capitur etiam ambrosia pro herba, quae alio nomine artemisia dicitur. Nouitius pocillator est, id est, Ganymedes. Fuit autem Ganymedes Trolis Regis Dardanorum filius, & ob admirandam pulchritudinem à Ioue in forma aquilae raptus, quem Iuppiter pincernam suam fecit amota Hebe Iunonis filia, eo quod dum Ioui apud Aethiopas comessanti ministraret, cadens corporis sui obscena omnibus superis monstrauit. Palestra, dicitur à nostris lustratio. Vergilius: Corporatq; agrefii nudant praedura Palestra. Capitur etiam pro loco vbi exercebantur palestritae. In concionibus, Concionem tria significare docet Aulus Gellius, locum, suggestumq; vnde verba fierent. Item significare certum populi assistentis. Item rationem ipsam quae ad populum dicitur. In concionibus, hoc est in conuentu & congregatione multorum Mercurius praconis vices agit, dum Iouis & maiorum mandata populo ore nunciat. Leda filij Castor & Pollux. Cum Castor in pugna aduersus Athenienses cecidisset, Pollux suam immortalitatem cum illo communicauit, & impetrauit à Ioue, vt alternatim viverent. Vergilius in sexto: Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

Protinus
Protenus

Cornacu-
lum,

Ganyme-
des.

Palestra

Duo illi Alcmene & cetera. id est, Hercules & Bacchus. Nam Hercules fuit Iouis Alcmene filius, Bacchus vero Iouis ex Semele Cadmi filia. Sidon, oppidum est Phœnicie regionis, & apud Sidonem & Tiron Cadmum cum Phœnicæ reginasse scribit Eusebius. Cadmi filiarum quatuor fuere, Semele, Agaue, Autonoe, & Iuno. Cum Semele Iouem concubuisse vulgatum est. Danae, Acrisij Argiuorum regis filia à patre in quadam turri conclusa fuit, ob id quod in responsis habuit, se manu eius qui ex filia nasceretur, moriturum: ad hanc Iuppiter (cum alia non pateret via) in aureum imbrem ex tegulis per impluuium in gremium eius se cadere permisit, quæ ex eo compressu Perseum genuit. Argos, nomen est vnius regiunculæ in Græcia, unde Græci Argiui dicti sunt: fuit & nomen aliquot oppidorum Græciæ, & est in singulari neutri generis, in plurali vero masculini.

Sidon

Danae

Argos

Obiter aduerbium est, & significat in transcurso, transeunte, & quod vulgo dicitur incidenter, quasi præter propositum, dictio composita ab ob & iter. Antiope Lyci Thebarum regis vxor fuit Asopi filia, vel ut alij volunt Nyctei, hanc Iuppiter in Satyrum conuersus grauidam fecit, quæ Zetum & Antiphonem ex eo compressu peperit.

Obiter

Antiope

Veneris & Cupidinis. VENVS.

Cupido gnate, uide quæ facis flagitia. Non iam de his loquor, quæ te impulsore mortales in terrâ vel in se quisq; vel inuicem alij in alios faciunt, verum de his ego quæ apud superos quoque designas, qui quidem Iouem ipsum cogis varias assumere formas, in quodcunq; tibi pro tempore usum fuerit, cum uertens, Tuam Lunam è cœlo deuocas, Quin & Solem aliquoties compellis lentum apud Clymenem cessare aurigandi muneris oblitum. Nam quicquid iniuriæ in me matrem etiam committis, audacter de

LVCIANI

tanquam tuto facis. Verian tu quidem ò decorum omnium
 confidentissime, Rheam insuper ipsam iam aniam, præte-
 rea decorum tam multorum parentem, eo perpulisti, ut Pa-
 sionem adamet, atq; in Phrygium illum adolescētulum de-
 pereat, ac tua iam opera insanit, iunctisq; leonibus, adhi-
 bitis item Corybantibus, quippe qui & ipsi furore quo-
 dam sint afflati per Idam montem sursum ac deorsum ob-
 errat, ipsa quidem Atis amore ciulans. Cæterum Corybæ-
 tum alius suum ipse penem ense desecat, alius demissa co-
 ma per montes fertur insanus, alius cornu canit, alius tym-
 pano tonat, alius cymbalo perstrepat, breuiter omnis una
 dequaq; Ida tumultus, atque insanie plena est. Proinde
 cuncta timeo. Metuo ne tale quid accidat, quando quidem
 te produxi, maium ingens, ut si quando resipiscat Rhe-
 uel potius si pergat insanire, Corybantibus imperet, ut te
 correptum discerpant, aut leonibus obijciant. Hic me so-
 licitat metus, quod uideam tibi periculum imminere. CV-
 PIDO. Ocioso animo esto mater, siquidem leonibus etiam
 ipsis tam familiaris sum factus, ita ut sepe numero con-
 scensis eorum tergis, præhensq; iuba, equitis ritu insi-
 dens, illos agitem. At uero illi interim mihi caudis adblan-
 diuntur, ac manum ori insertam receptant lambuntq;, de-
 inde mihi reddunt innocuā. Porro Rheæ ipsi quando tan-
 dem

dem uacauerit, ut me aliscatur, quū in Ate sit tota? Postremo quid ego pecco, quum res pulchras ut sunt offero ac demonstro: uos ne appetite res pulchras. Quare his de rebus ne in me crimen cōferte. Num uis ipsa tu mater, uti neque tu posthac Martem ames, neque ille te? VENVS. Ut es peruicax, & nulla in re non superas. Attamen horū que dixi, aliquando memineras.

¶ Designare vetustissimo significatu, est rem nouam facere in utramque partem & bonam & malam, sicuti docet Donatus, enarrans illud Terentij in Adelphis: Nam illa quæ facta sunt omitto, modo quid designauit, fores effregit. Varias formas: Nam Iuppiter impatientia amoris se vertit in taurum, in aquilam, in olorem, satyrum, amphirionem, aurum, ignem, pastorem, serpentem, ut scribit Ouidius in sexto Metamorphoseos. Endymion pastor fuit admodum formosus: cum in Lamio Cariae monte aliquando obdormiisset, à Luna deosculatus est, quæ in eius amorem exarserat, ita ut fratri bigas suos agitandas dederit. Seneca in Hippolyto: Arsit obscuri dea clara mundi nocte desertæ, nitidosq; fratri tradidit currus aliter regendos, & cetera. ¶ Clymene, fuit Oceani & Tethyos filia, & quia forma præstabat, Soli placuit, ex quo concepit Phaerontem, & sorores eius. Aurigandi, id est regendi currum. Aurigor, rego moderor. Valla Hæctori aliquis fratrum fere aurigabatur currum. Rhea, quæ & Cybele Berecynthia & ops dicitur, filia fuit Cœli & Vestæ, & Saturni fratris sui coniunx. Hanc potæ Iouis & aliorum plurium deorum matrem dixerunt, eiq; quadrigam à quatuor leonibus tractam assignauerunt, & capiti eius turritam coronam, & sceptrum manibus addiderunt. Et cum incederet, sacerdotes dæti Galli tympana tangentes & æra præcedebant, & Corybantes armati illam ambiebant. Atys, puer Phrygius adamatus à Rhea matre deorum, cum ei castitatem promississet, quam non seruauit, in furorem versus seipsum excastrauit.

Designo.

Endymion.

Clymene

Rhea

Pusio.

LUCIANI

**Coryban-
tes.**

Pusio, dicitur proprie paruus puer. Cicero in oratione pro Celio: Pusio cum maiore sorore cubitauit, Veteres cum dum Pusum & Pusam puellam dixerunt. Capitur tamen saepe pro scortio masculino. Corybantes, sacerdotes sunt Cybeles siue Rheæ, qui in sacrificiis matris deorum armati saltantes casti & puri sunt assumpti. Corybantes autem appellati, quod inter saltandum capita iacent.

Doridis ac Galathee.

DORIS.

Formosum amantem Galathea, nempe Siculum istum pastorem, aiunt amore tui deperire. GALATHEA. Ne ride Doris, etenim qualis qualis est, Neptuno patre prognatus est. DORIS. Quid tum postea, si uel Ioue ipso su progenitus, quum usque adeo agrestis atque hispidus appareat, quodque est omnium deformissimum, unoculus? An uero credis genus illi quicquam profuturum ad formam? GALATHEA. Ne istuc quidem ipsum, quod hispidus est atque agrestis, ut tu uocas, illum deformat, quin uirile magis est. Porro oculus media in fronte deest etiam, quo quidem nibilo segnius cernit quam si duo forent. DORIS. Videris Galathea non amantem habere Polyphemum, sed illum potius adamare, sic enim predicas. GALATHEA. Equidem haud adamo, sed tamen insignem istam uestram insultandi opprobRANDIQUE petulantiam ferre nonqueo. Ac mihi nimirum inuidencia quadam isthoc facce.

facere uideamini; propterea quod ille quam forte aliquando gregem pasceret suum, nosq; è littorali specula in litore ludentes cerneret in prominentibus Actus pedibus, quæ uidelicet inter montem & mare litus sese in longum porrigit, uos ne aspexerit quidem, at ego omnium unâ nisa sim formosissima, eoque in unam me coniecerit oculum. Ea res uos male habet. Nam argumentum est, me forma præstantiorem esse, ac digniorem, quæ amur, uos contra fastiditas esse. DORIS. An istud tibi putas inuidendum uideri, si primum pastori, deinde lusco formosa uisa sit quanquam quid aliud ille potuit in te probare, præter candorem? is illi placet opinor, quod caseo & lacti assueuerit, proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrum iudicat. Alioqui ubi libebit scire, qua sis facie, de scopulo quopiam in aquam, si quando tranquilla steterit despectans temetipsam contēplare, uidebis aliud nihil, nisi perpetuum candorem, uerum is quidem non probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. GALATHEA. Atqui ego illa immodice candida, tamen eiusmodi habeo amantem, quum interim è uobis nulla sit quàm uel pastor, uel nauta, uel portitor aliquis miretur. Cæterum Polyphemus (ut alia ne dicam) etiam canendi peritus est. DO. Tace o Galathea audiuius illum canentem cum nuper pruriret in te, sed o

LUCIANI

sancta Venus, asinum ridere dixisses. Nam lyre corpus
 simillimum erat cervino capiti osibus renudato, tum cor-
 nua perinde quasi cubiti prominebant. Is iunctis inductisq;
 fidibus, ne sinui quidem admonens agreste quiddā & abso-
 nū cantillabat, quum aliud interim ipse uoce caneret, aliud
 lyra succineret. Ita ut temperare nobis nequiritimus quin
 rideremus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne re-
 spondere quidem illi noluit balanti, quum sit adeo garru-
 la, imo puduisset si uisa fuisset stridulum illius & ridicu-
 lum tantum imitari. Adhuc gestabat in alnis amasus iste
 delicias suus urfi catulum pilis hirtum, ipsi non dissimilem,
 quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea? GA-
 LATEA, Quin tu igitur Dori tuum ipsius amicum no-
 bis demonstra, qui meo sit formosior, quiq; doctius ac me-
 lius, uel uoce canat uel cythara. DOR. Mibi quidem nullus
 est amator, neque me hoc nomine iacto, quasi sum uebemen-
 ter amabilis uerum tamen istiusmodi amicum qualis est Po-
 lyphemus nempe totus hircum olens, tum crudis uictitans
 carnibus, & hospites si qui appulerint deuorans, tibi habe-
 at, eumq; tu mutuum ames.

Sicilia
 Polyphemi
 mons.

¶ Sicilia, regio est fertilissima, olim Italiae coniuncta, nunc
 mari discreta. inde Siculus pastor dictus est. Polyphemus
 cyclops cui oculus duntaxat unus in fronte, quod in Sici-
 lia pasceret oues, de huius inusitata magnitudine, crudeli-
 tate

tate in hospites astuq; Vlyſſis quo eum cecauit. Vergilius in tertio Aeneidos, & Ouidius decimoquarto Metamorpho- graphice ſcripſerunt. Doris, nymphea eſt ſeu dea maris Oceani, & Tethyos filia, ponitur pro aqua interdum, veluti plar- Tethys. raque nomina deorum dearumq;, & inuentorum pro rebus vel inuentis, vel quibus præſunt, vt Terentius: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hiſpidus proprie ſerofus dicitur: hor- rorem tamen quendam denotat, qui vel natura, vel incuria accidit. Vnde Polyphemus apud Ouidium in. 13. Barba viros hirtaq; decent in corpore ſetæ. Et Diogenes interroga- tus, cur tam prolixam barbam nutrirer, vt hanc tangens re- ſpondit, meminerim me virum eſſe. Inſulto, præter a- Inſulto
Oppro-
bro
Specula
Aetna lia ſignificat irridere. Opprobare, eſt conuiſſari, & contu- melioſe aliqua cuiſpiam obſistere. Hinc opprobrium, igno- minia, dedecus. Specula, locus eſt æditus & eminens, vnde procul liceat videre & ſpeculari. Aetna, mons eſt Si- ciliæ, perpetuo igne incenſus, qui flammæ, cinerem, & fa- uillas frequenter euomit. In hoc Cyclopes dicuntur Ioui fabricare fulmina. Iacere oculum in alium, eſt amoris cau- ſa & beneuolentiæ que npiam blande aſpicere. Male habe- re, quandoque eſt vexare & torquere, interdum ægrum eſſe, & morbo laborare. Immodice, non modice, ſed multum. Candorem perpetuum, bene & conuenienter expreſſit co- lorem eximie album, & Galathea dicitur, quaſi lactea dea. Prurire, proprie eſt vri deſiderio & appetitu confricandi Prurio. ſeſe. Pruritus, talis naturæ appetitus, tranſluminatur hic, vt libidinem notet, qua homo laſciuens in mulieris concu- piſcentiam ardeſcit. Echo, dea eſt qua clamantibus reſpon- det. Phyiſci vocant repercuſſionem ſoni ex objectu late- Echo rum loci cauernofi aut concaui. Hircum olere, eſt foetere more hirci.

Diogenis & Alexandri.

DIOGENES.

Quid hoc rei eſt Alexander? ita ne deſunctus es
tu quoq; perinde atq; nos omnes. ALEXAN.
Vides

LUCIANI

homo cum fuerim defunctus sm. DIOGEN. Num ergo Iuppiter ille Hammon mentiebatur, cum te suum filium esse diceret, an uerò in Philippo patre prognatus eras? ALEXANDER. Haud dubie Philippo. Neque enim obijsses, si Hammone parente fuisset progenitus. DIOGENES. Atqui de Olympiade etiam consimilia quaedam ferebantur, puta draconem quendam cum ea fuisse congressum uisumq; in cubiculo, ex eo gravidam peperisse te? Porro Philippum errare, falliq;, qui se tuum patrem esse crederet. ALEXANDER. Inaudieram quidem & ipse ista quemadmodum tu, at nunc uideo neque matrem, neque Hammonios illos uates sani quicquam aut uerè dixisse. DIOGENES. Attamen istud illorum mendacium Alexander, ad res gerendas haud quaquam tibi fuit inutile, propterea quod uulgus te uerebatur, metuebatq; quam Deum esse crederet. Sed dic mihi, cuinam tam ingens illud imperium moriens reliquisti? ALEXANDER. Id equidem ignoro Diogenes. Celerius enim è uita submo, uebar, quam ut esset ocium de illo quicquam statuendi, præter id unum, quod moriens Perdice annulum tradi. Sed age, quid rides Diogenes? DIOGENES. Quid mi videam? An non meministi quid Græci fecerint, quum nuper tibi arrepto imperio adlarentur, principemq; ac
du

ducem aduersus barbaros deligerent? Nonnulli acro in
 duodecim acorum numerum referrent, ac phana constitu-
 erent, denique sacra facerent tanquam Draconis filio? Sed
 illud mihi dicito. Vbi te sepelierunt Macedones? ALE-
 XANDER. Etiam dum in Babylone iaceo tertium iam
 diem. Perro Ptolomeus ille satelles meus, si quando detur
 ocium ab his rerum tumultibus, qui nunc instante pollice-
 tur in Aegyptum deportaturum me, atque inibi sepultu-
 rum, quo uidelicet unus fiam ex Dijs Aegyptijs. DIOGE-
 NES. Non possum non ridere Alexander, qui quidem
 te uideam etiam apud inferos desipientem, sperantemq;
 fore, ut aliquando uel Anubis fias, uel Osiris. Quin tu spes
 istas omittis o diuinissime, neque enim fas est reuerti quen-
 quam, qui semel pauidem transmiserit, atque intra specus
 hiatus descenderit. Propterea quod neque indiligens est
 Aeacus, neque contemnendus Cerberus. Verum illud
 abs te discere peruelim, quo feras animo, quoties in men-
 tem redit, quanta felicitate apud superos relictā huc sis
 profectus, puta capitis custodibus, satellitibus, ducibus, tum
 auritanta ui, ad hoc populis qui te adorabant. Præterea
 Babylone Baëtris immanibus illis beluis, dignitate, gloria,
 deinde quod eminebas conspicius, dum uestareris, dū ami-
 culo candido caput haberes reuinctum, dum purpura cir-
 cumda-

L V C I A N I

cum amictus esses? Nunquid hæc te discruciant, quoties
 recurrant animo? Quid lachrymas stulte? an non id te
 sapiens ille docuit Aristoteles, ne res eas quæ à fortuna
 proficiantur, stabiles ac firmas existimares? ALEXAN
 DER. Sapiens ille? quum sit assentatorum omnium perdi
 tissimus. Sine me solum Aristotelis facta scire, quàm mul
 ta à me petierit, quæ mihi scripserit, deinde quemadmo
 dum abusus sit mea illa ambitione, quæ cupiebam eruditia
 one ceteris præstare, quum mihi palparetur interim, ac
 prædicaret me nunc ob formam, tanquam & ipsa summi
 boni pars quedam esset, nunc ob res gestas atque opes. Nā
 has quoque bonorum numero collocandas esse censebat.
 ne sibi uitio uerteretur, quod eas acciperet. Plane præsti
 giosus uir ille quidem erat et fraudulentus à Diogenes,
 quanquam illud fructus scilicet ex illius sapientia fero,
 quod nunc perinde quasi summis de bonis excrucior ob
 ista quæ tu paulo ante commemorasti. DIOGENES. At
 scin' quid facies? Ostendam tibi molestiæ istius remedium.
 Quandoquidem bis in locis ueratrum non prouenit, fac
 ut Lethæi fluminis aquam auidis faucibus attrahens bi
 bas, iterumque ac sæpius bibas. Atque eo pacto desines de
 bonis illis Aristotelicis discrucari. Verum enim Clitum
 etiam illum, & Calistnem uideo, cumq; his alios complu
 reis

reis raptim huc sese ferentes, quo te discerpant, poenae
que sumant, ob ea quae quondam in illos commisisti, quare
fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebrius (ut
dixi) bibas.

¶ Hammos graece, arena. Hammon, arenarius. Epithe- Hammos
ton Iouis, quia Iuppiter colebatur in loco arenoso & extre-
mo Lybiae, quomodo Apollo Clarius est dictus, quod co-
leretur in insula Claro. Olympias, regina Macedoniarum, ma- Olympias
ter Alexandri. Aliter tempus quinque annorum apud grae-
cos, sicut apud Latinos. Lustrum, spacium est quinque an-
norum. Errare, est verum pro falso, aut pro falso verum, aut
certum pro incerto asseuerare, falli, decipi. Hammonis va-
tes, sacerdotes, prophetae Iouis Hammonis. Perdicea, vnus
ex ductibus Alexandri. Babylon, vrbs Chaldaearum ingens & Babylon.
ampla, à turre Babel, quod confusionem notet, etiam cum
vnica esset lingua, & homines rurrim vsque sydera aedifica-
re statuerent, Deus linguam eorum confudit, impietatem
que pluralitate idiomatum plexit. In duodecim deorum,
duodecim dii erant selecti, qui maiores gentium dii dice-
bantur. Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Venus, Diana, Iuppi-
ter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Aegy-
ptus, regio Libya, vbi perpetuo est serenitas, atque ea causa
Nilus fluuius illam singulis annis irrigat. Propter magnitu-
dine inundationis eius, aut caristia est, aut utilitas anno-
nae. Diu Aegyptii idola in Aegypto culta, quae plurima erant.
Anubis, Mercurius in forma canis ab Aegyptiis veneratus, Anubis
Alii filium Osiridis, quod canem insigne gesseret, sub ca-
nis imagine cultum dicunt. Osiris, rex Aegypti, tandem
in deos relatus cum vxore sua Iside, colitur sub imagine
bouis, quem Apim seu Serapim appellant, propterea quod
ab vxore post eadem eius à fratre factum quaesitus, & in-
uentus laceratus, ibidem postea repperitus bos, creditus sit
fuisse Osiris. Palus, hic est aqua stagnalis apud inferos, de
qua scribit Vergilius in sexto Aeneid. Aeacus, vnus infer-
torum iudex. Tres enim dicuntur esse, Rhadamantus, Mi-
nos, Aeacus, omnes reges Creteneses, & ob iustitiam filii
Iouis dicti, ob seruitutem autem apud inferos iudices assi-
mati

LUCIANI

Bactra

mati. Bactra, regio Scythiæ vltra Assyriam, nomen quoque urbis quæ caput regionis est. Bactri, qui & Bactrani, populus loci illius, & declinatur Bactra tantum pluraliter. Amiculum, redimiculum, vitæ, quam teniam vocant. Aristoteles, summus philosophus, Alexandri præceptor. Palperi, adulari, assentari. Præstigiolus vir, fascinator, versipellis. Verratum, helleborus, herba qua melancholia purgatur, ac mentis sanitas conciliatur. Lethe, flumen inferorum, quod qui gustat omnium rerum obliuiscitur.

**Lethe
Clitus**

Clitus, nutricius Alexandri filius, dux eius fidissimus, qui Alexandrum pugnantem ab istu lethali sese obficiens defendit. Sed tandem ab ebrio Alexandro, quod liberius patris Philippi res gestas extulisset interemptus. Calisthenes, philosophus Alexandrum in Indiam sequutus, & ab eo truncatus nasum, manus, aures, more feræ in cauea reclusus fuit, quod ipsam non adoraret, & adorantes barbaros irrideret.

Menippi, & Chironis.

MENIPPVS.

Equidem inaudiui Chiron te Deum cum esses tamen optasse mortem. **CHIRON.** Vera nimirum sunt ista quæ audisti Menippe, planeque mortuus sum, sicuti uides quum mihi licuerit immortalem esse. **MENIPPVS.** At quæ nam te mortis cupido tenebat, rei uidelicet, quam uulgus horreat? **CHIRON.** Dicam apud te, uirum neutrum quam stultum atque imperitum. Iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. **MENIPPVS.** Quid? an iniucundum erat te uiuere, lucemque tuere? **CHIRON.** Erat inquam Menippe. Nam quod iucundum uocant, id ego nectiquam simplex, sed uarium quiddam esse arbitror. Ve-

rum

rum quum ego semper uiuerem, atque ijsdem perpetuo rebus uterer, sole, luce, cibo, tum hore, eadem recurrerent, reliqua item omnia, quaecumq; contingunt in uita, reciproco quodam orbe redirent, atque alijs alia per uices succederent, satietas uidelicet eorum me cepit. Neque enim in eo uoluptas est sita, si perpetuo fruaris ijsdem, sed omnino in permutando posita est. MENIPPVS. Probe loqueris Chiron. Cæterum hæc quæ apud inferos agitur uita quinam tibi procedit, posteaquam ad hanc tanquam ad potiorem te contulisti? CHI. Haud insuauiter Menippe. Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum populæ. Nihil autem interest, utrum in luce quis agat, an in tenebris. Præterea, neque sitiendum est nobis quemadmodum apud superos, neque esuriendum, sed eiusmodi rerum omnium egentia uacamus. MEN. Vide Chiron ne temet ipse inuoluas, neque eodem tibi recidat oratio. CHI. Quam ob rem istuc ais? MEN. Nempe si illud tibi fastidio fuit, quod in uita semper ijsdem similibusq; rebus utendum erat, quum hic itidem similia sint omnia, eandem ad modum parient fastidium. At de integro tibi querenda erit uitæ commutatio, atque hinc quopiam aliam in uitam demigrandum, id quod arbitror fieri non posse. CHI. Quid igitur faciendum Menippe. MEN. Illud nimirum uti sapiens quum sis, quemadmodum opinor,

LUCIANI

opinor, & vulgo prædicant, præsentibus rebus sis contentus, neq; quicquam in his esse putes, quod fieri non queat.

Chiron

Chiron, Centauri Saturni & Philyræ filius, omnes sui temporis bonitate & iustitiæ superauit, argonautarum cum quibus nauigauit iudex & medicus. Aesculapium & Achillem medicinam docuit, qui & virtutes herbarum inuenit, in monte Pelio cum hospitis Herculis sagittas hydræ sanguine tinctas, quibus immania centaurorum corpora profrauerat admirandus tractaret, vna manibus delapsa, atque in pedem decidens, mire eum affixit, sed deorum

Cupido

miseratione post nouem dies in astra translatus est. Cupido, desiderium & cupiditas, aliquando deus amoris, Venetis filius. Tueri, videre, conspicere. Recurrere, redire. Reciprocum, reflexum, repetitum. Orbis, circulus, circumlatio. Satietas, saturitas. Quinam, quomodo, quo pacto. Potior, melior. Persius: Quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis? Egentia, carentia. Temet, teipsum. Fatidium, nausea, & quasi contemptus cum fastu. De integro, rursus, iterum, ab initio. Demigrare, mutare domicilium.

Menippi & Cerberi.

MENIPPVS.

HEUS Cerbere, quandoquidem mihi tecum cognatio quædam intercedit, quum & ipse sum caris, dic mihi per Stygiam paludem, quomodo sese habeat Socrates quum hac accederet? Verisimile est autem te, deus quum sis, non latrare modo, uerum etiã humano more loqui siquando uelis, CERBERVS. Quum procul adhuc abesset Menippe, uisus est constanti atq; interrito adire uultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, ac tanquam hoc ipsum uellet ijs, qui procul à specus ingres-

In stabant, ostendere, uerum simul atq; despexit in hiatus
 uiditq; profundum atque atrium antri recessum, simulque
 ego cunctantem etiam illum aconito mordens, pede cor-
 ruptum detraherem, infantium ritu ciulabat, suosq; deplo-
 rabat liberos nihilque non faciebat, in oëm speciem sese con-
 uertens. ME. Num igitur fucate sapiens erat ille, neque ue-
 re mortem contemnebat. CE. Haud uere. Ceterum ubi uidit
 id esse necesse, audaciam quandam præ se ferebat, quasi ue-
 ro uolens id esset passurus, quod alioqui uolenti nolenti
 tamen omnino fuerat ferendum, uidelicet quo spectatori-
 bus esset miraculo. Equidem illud in totum de uiris istius
 modi uere possum dicere, ad fauces usq; specus intrepidi
 sunt ac fortes, porro intus quum sunt, nihil mollius neque
 fractius. ME. Ceterum ego quonam animo tibi uisus sum
 subisse specum? CER. Unus mortalium Menippe, sic mihi
 uisus es subire, ut tuo dignum erat genere, et prior te Dio-
 genes, propterea quod neutiquam adacti subieritis, aut
 intrusi. Verum tum alitronci, tum ridentes, atq; omnibus plo-
 rare renunciantes.

¶ **S**tyx, inferna dicitur palus per quam dñi iurant, neque tñ
more pœnæ audent preerare: prius abantur enim ad tempus
qui pœrassent diuinitate, quod ei ideo concessum fingunt
poetæ, quia victoria eius filia Ioui aduersus gigantes pug-
nanti fauerit. Socrates philosophus Atheniensis, & Apol-
læus iudicio sapientissimus. Hic primus moralia docuit,
D tantæque

LVCIANI

tantq; in omni vita constantie, vt nullo tempore aut tris-
tior aut laetior visus sit: neq; cum cicutam moriturus biberet,
quam cum vxorem duceret. Formidare, metuere, timere. Aco-
nitum, venenum. Liberi, filij ingenui. Fucate, ficti, simulare.
Tuo genere, tua secta, tua professione. Vitroni, volentes,
non coacti. Hierony. in questionibus Hebraicis tritum pro-
uerbium est: Vitroneas putere merces.

F I N I S.

LEVINVS LINIVS SCHOLAE MID.

delburgensis rector, ad studiosam iuuentutem

Hve ades o studiose puer, studiosa iuuentus
Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum.

Nulla Citheriaco poluta est pagina amore,

Quin soror hoc Phœbica stas probabit opus.

Nec Cynicos memorat, caperata aut fronte Catones

Aut aliud siquid ruga senilis amet:

Sed grates pueris Charitesq; salesq; iocosq;

Et quicquid lepidi est, iste libellus habet,

Attica siue Venus iurat, aut Oenotria lingua,

Hanc habet atq; illam tantulus iste liber.

Meonide aut Pelio multo est facundior author,

Sed uetat impariles nomen inire modos,

Non minor interpres succedit diuite uena

Vatibus Ausonij unus Erasmus honor.

Nempe hic siue pedum certa sine lege uagatur,

Pulchrum meli fluo Marcus ut ore sonat.

Siue pedes strictim numerofo calce coercet,

Nasone[m] prae[st]at, Vergiliu[m]q; refert,

Quelibet (insideat) uel iam supersite Plauto,

Vellet Erasmiaco Musa lepore loqui.

Huc ades ergo puer Latij studiosa leporis,

Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum.

ADRIANI LVCAE GIMNASHII

D. Iacobi Antuerp. rectoris, ad puerum
politioris literaturæ cupidum,
Hendecasyllabon.

C Asterumpe moras puer Minervæ.
Quem linguae Ausonia tenet libido
Adsis, huc propera, hunc capeffe librum
Dextra præcipiti, exrenolue sepe.
Qui non barbarie scatet nocina,
Nec de Vandalico solo est profectus.
Verum est eloquij nitens lepore
Romani, salibus meris refertus.
Est & scommatibus, iocisque abundans,
Prauas mordicus inuehens in artes,
Et mores hominum, simul decorum
Irridens miserum chorum ethnicorum.
Vir doctissimus undique Erasmus,
Princeps eloquij utriusque linguae,
Fecit parue puellæ Lucianum
Arguere Latij loqui Camæni.

Sequitur Index.

D 2

I N D E X.

Admiratione *Admiratione* *Admiratione* *Admiratione* *Admiratione*

Achilles	5	Danae	6
Aconitum	24	Danaus	5
Aegyptus	23	Deligere	13
Aetna	5	Demereor	19
Alioqui	15	Designo	4
Apollo	18	Diuerfum	7
Antiopa	23	Diſt maiores	23
Anubis	18	Doris	21
Argos	3		
At	23	E.	
Acacus	9	Echo	21
Aequales	Erro		24
	24	Endymion	19
B.	23	F.	
Babylon	6	Formido	26
Bactra	16	Fucate	eodem
Boetia		G.	
Briareus	5	Ganimedes.	17
	2		
C.	11	H.	
Caluaria	eodem	Hammus	24
Calisthenes	7	Hamus	2
Caria	9	Halicarnassus	12
Car	eodem	Hecate	7
Charon	24	Hinnulus	2
Chaldaea	10	Hiſpidus	21
Chœnix	13	Homerus	10
Chiron	23		
Chio	19	I.	
Chios	13	Iapyx	9
Clitus	17	Ionia	12
Clymene	3	Iuppiter	15
Codrus	9	L.	
Cornaculum	16	Leda	8
Compendiarius	9	Lebadia	6
Conſobrini	19	Lethe	23
Contra	15. & 24	Lydia	4
Corinthus			
Corybantes			
Cupido			

I N D E X.

Lupinus		9	Protinus	17
M.			Protenus	21
Mars		16	Pufio	19
Maia		17	Prurio	21
Manes		4	R.	
Manumittere		3	Recens	5
Minerua		15	Rhea	19
Mucus		13	Rimofii	9
Mufæ		15	S.	
N.			Sentina	7
Narciffus		5	Sicilia	21
Naulum		7	Sicula menfa	13
Nireus		10	Sicyon	9
O.			Sidon	18
Obiter		18	Sinope	12
Offa		6	Somnium	19
Olympias	25	24	Specula	21
Opprobrium		21	Styx	26
Orbus		3	Supercilium	15
Osiris		23	T.	
P.			Tametti	15
Paleftra		17	Tantalus	4
Parafitus		3	Tartarus	15
Perditus		13	Techna	5
Phanum		6	Temere	15
Phaon		13	Therfites	10
Pharetra		15	Tithonus	3
Phryx		13	Traiectus	7
Pythius		9	Trophonium antrum	6
Pocillator		3	Trutina	9
Polyphemus		21	Tyro	5
Portitor		9	V.	
Præter		2	Veftor	7
Promptu		3	Veratrum	4
Præftigiatura		6	Vola	codem
Procax		13		
Pronus		4	Finis indicis.	

John Garwood son of J. & M. Garwood

born May 10 1880